



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Duodecimus Antistes

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

fuisse credebatur Tungarorū, quibus cōflagrat
 dirutasq; ædes, sacella, oratoria, aras, atque ze
 nodochia passim extrui curavit. Hæresum ar
 chitectos astu ceu lernam adoriri solitus: in pub
 licā questionem vocatos, imperio sacri oris elin
 gues reddidit, donec balbutie ac nutu victos se
 significarent. Interfuit duobus regñs consilijs.
 Aurelianensi et Aluerfensi. Galljs quoq; fame
 & caristia laborantibus, elemosynis deos pla
 candos p̄dicavit pro quibus assidue hostias im
 molans, fertilitatem consecutus est. Hoñ draco
 nem oculis igneis, ipsiſ etiam nocentissimis ina
 terfecit: qui fontem ciuibus mire vtilem conta
 minauerat, quem proinde suo pede expurgauit
 Quod hoñani beneficio compensantes: hospiti
 um sua vrbe dederunt, ibi alterum fontē, ægris
 medentem suscitauit. Obijt anno administratio
 nis decimosexto Nonis May, sepultus Hoñ in
 gde Christipare virginis, Floruit sub Apostoli
 cis viris Vigilio & Pelagio primo, Imperante
 Iustiniano.

Elemosynis

Miraculū

¶ Duodecimus Antistes

MOnulphus collegñ Seruatiani cantor, fi
 lius regis Dionanti, ex Hostiensis comi
 tis filia, habenas moderari cepit, anno sa
 lutis quingentesimo sexagesimo primo Qui cū
 a fundamentis emergeret Basilica, mirū in mo

461.

dum gauisus est: sed ea nondū perfecta, cum ele Basilica
ctus esset, sublimiorem adiecit turrim, & abso diui Ser
lutis omnibus, corp⁹ diui Seruatij in edituo colo uatij cono
locauit, atq; nominatim ei edificium inscripsit. struitur
Tungrim populatā reparare apud se disponens
statim a cępto destitit: quia fieri perpendebat ira
to Ioue & inuidēte cęlo. Quare omnē operā in Fratres dī
Traiectēsem ciuitatē transtulit: vt apud Seruati ui Serua
anos probatę frugalitatis viri degerent, nobili tñ quos
tatē generis cū morū honestate cōmutantes: qui nunc Ca
passim regum calculo & Imperatorū munificē nonicos
tia protecti: suo collegio ceu monasteriō vteren⁹ vocamus
tur, quos isti merito fratres vocare et habere pos
sent. Sunt qui hūc putant Marianorū quoq; col Pręfagiū
legiū instituisse, q̄q; aliñ pernegent, certe Legiā de Leodio
vicū non inamēnū aliquādo peragrās: noua gra ensi ciuitā
tulatione inclytā fore prędixit. Hęc inquit, Le te.
gia vere e millibus electissima, futura est, roseo
olim cruore cuiusdā martyris consecrāda. Quā
obrē oratoriū, S. Cosmę & Damiani, loco ma
gis eminēte construxit. Illinc Dionātū vsq; pro
fectus, hęres effectus est paternarū possessionū
quas minime cūctatus, Ecclesię Traiectensi libe
raliter contulit. Tradūt publicitus hunc indictō
ieiunio principē quēdā vita defunctū, e penis ca
tarticis exemisse, quē sepe in syluā rugientē in
star ferę audire solitus, cū rediret liberatū a pur

14.

Pręfagiū

Dionātū

huiusmodi

Tungatorū

D

gatorio intellexit. Præfuit annis triginta nouē,
sepultus in æde Seruatiana. i. 7. Calendas Augu-
sti. Floruit sub Apostolicis uiris Pelagio primo
Ioanne tertio, Benedicto primo: Pelagio secūdo
& Gregorio primo. Imperātibus Iustino mino-
re Chiberio, & Mauritio. Quo tēpore Hūni gal-
lias repecentes, a Sigiberto Francorū rege fugao-
ti & uicti sunt. **CLXIII. Antistes.**

Dux Lotharius

600

14.

Mira res.

~~14.~~

Mira res.

Gonduphus ducis Lotharingie filius, ex fi-
lia Lotharij Francorū regis, ordinatus est
pontifex āno salutis. 600. Qui Tungrim
non satis cōsultere ædificare præsumens: irascē-
tē aduersus se deum expertus est. Opifices enim
quos ædificio admouerat, lupi dilacerabant, &
nocte fulmē egressū, omnē diei operā absume-
bat. Aīm ab incepto reuocās, se in Traiectū rece-
pit: vir alioqui iuxta sensum domini. Obiit āno
administrationis. 7. i. 7. Calendas Augusti, cōse-
pultus Monulpho, qui eodē die q̄q̄ nō anno de-
functus fuerat. Quorū tūba hætenus in nauim
Seruatianę Basilicę uisitur, ibi utriusq̄ gloriosa
perseuerat memoria. Cū enim Carolus magnus
Aquēsem Basilicā regia magnificentia exædifi-
casset: essetq̄ in uotis tot accersire Antistites illi
consecrādæ, quot dies in annū recurrūt, & iam
summæ duo deessent: aiunt Monulphū & Gon-
dulphū e sepulchro ceu latebris emeruisse, et illic